Cæſenaten. Immiſſionis.

Reu. Pater. STandum eſt in deciſis, quia ſuper exiſtentia fideicommiſſi, illiuſque purificatione fauore DD. Actorum, & Principalium noſtrorum nulla eſt ampliùs controuerſia, tres verò exceptiones ad retardandam obtentam immiſſionem in poſtrema huius cauſæ diſputatione, Exaduerſo propoſitæ, prima videlicèt, quod non conſtet de identitate bonorum; ſecunda quod obſtet renunciatio Octauiæ eorumdem DD. Principalium Auiæ, & tertia demum quod in omnem caſum competant DD. Aduerſariis detractiones, tam quotitatiuæ, quam quantitatiuæ nullam penitùs habent ſubſiſtentiam.

Inchoando ſiquidem à prima exceptione identitatis, illa vſque euidentiam confunditur exijs, quæ notabili claritate in facto deducit Dominus cauſæ Patronus, adeòque ſufficiat nobis quoad ipſam hoc vnum RR. PP. exagerare, quod huiuſmodi identitas in prima inſtantia in partibus mordicus impugnata, eatenùs ſolidè conſtabilita, ac comprobata remanſit, mediante compilatione voluminoſi proceſſus foliorum 185., vt Dominę Aduerſariæ illam tanquam innegabilem deindè in vlteriori inſtantia coram A.C. Anſideo, & in prima cauſæ propoſitione coram hoc Sacro Tribunali controuertere nullatenùs auſę fuerint, quo fit vt illius inſubſiſtentiam agnouiſſe, & profeſſas fuiſſe ita videantur, vt hodiè ſuper eadem exceptione quam habuerunt pro derelicta, & inſubſitenti audiendæ iterum minimè veniat ex traditis per *Menoch. conſ.267.num.28. Rot.in Romana Reintegrationis* 11. *Iunij* 1700. §. *Ponderato coram Eminentiſſimo Scotto impreſſ. apud Mantiſſ. tom.21.dec.11.n.28.*

Quouerò ad alteram exceptionem, ſiue renunciationem ſuperius memoratæ Octauiæ, quæ nunc per extenſum datur *Sum. additionali num.* 1. quanti ponderis illa eſſe poſſit noſcant ſapientiſſimi Patres ex eo, quod renunciatio hæc in ſcenam prodijt in vltima huius cauſæ propoſitione, & poſt quam pars aduerſa, nedum gemina contraria iudicata primum in partibus, & alterum coram A. C. reportauerat, ſed & quod notabilius eſt, poſtquam etiam aduersùs ipſam in tertia Inſtantia contraria prodierat reſolutio, in hoc Sacro Auditorio; in cuius namque cordati hominis mentem cadere poteſt, quod DD. Aduerſariæ fuerint ità fatuæ vt ad hæc vſque miſerabilia extrema ſemèl, iterùm, ac tertiò, cum tanto diſpendio, ſucumbendo, ſeſe reducere voluerint, quando ſub clipeo huiuſce renunciationis (ipſis non ignotæ) quatenus reuera fuiſſet ſubſiſtens & comprehenſiua fideicommiſſi, de quo agitur, ſe ipſas tueri ac vſque ab initio triumphare & tot litigia de medio tollere valuiſſent, vt innuit *Iuris Conſult in l. ſi quis* 6.§.1.*ff.de pgn.* ibi = *Nec enim debebat tam magnam rem tandiu retinere* = *Caſanat.Cod.28.num.16.Menoch.lib.1.præſumpt.91.num.8.& lib.3.præſumpt.122.num.94.Epiſc.Rocc.cap.141.num.16.Rot.deciſ.474. num.4. coram Royas, & in dicta Romana Reintegrationis apud Mantiſ.deciſ.11.num.8., & in Romana Donationis* 17.*Aprilis* 1711. §.27. *coram R.P.D. meo Anſaldo.*

Et ſanè iſtiuſmodi renunciatio, tam etſi cęteroquin in ſubſtantia prorſus irreleuans, vt infrà demonſtrabimus, talis qualis illa per malam hipotheſim conſideretur, nullum penitùs irrogare potuit præiudicium nec DD. fratribus de Righis nec D. Iulio Marzolio principalibus noſtris qui exaduerſo non docetur quod fuerint D. Octauiæ hæredes

Digitized by Google

des, nec eorum jus metiuntur ex perſona eiuſdem Octauiæ renunciantis, ſed veniunt ex proprio Iure & utpotè ex propria perſona vocati adeoque factum auię renunciantis ſeruatore non tenentur iuxta communem ſententiam de qua *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 593. nu. 165. Card. de Luc. de renunciat. diſc. 15. nu. 3. Epiſc. Rocc. cap. 23. num. 33. & 37. Vincent. de Franch. deciſ. 32. num. 16. & deciſ. 67. num. 1. & ſeqq. Rot. deciſ. 5. num. 16. & 17. poſt Gallerat. de Renunciat. & deciſ. 49. num. 37. coram. R. P. D. meo Anſaldo, & coram Pentinger. deciſ. 214. num. 2. & deciſ. 597. num. 15. & 16. par. 9. Et magiſtraliter in deciſ. 245. num. 15. & ſeqq. part. 13. rec. & in Caſenaten. Hæreditatis 3. Martij 1684. poſt diſſert. 35. Paulat. num. 6. & 7. tom. 1., & in Tyburtina Caſtrorum 18 Aprilis 1698. §. Quinimmo cor. Reuerendiſs. Molines.*

Quantum ad DD. Fratres de Righis attinet ſupplicamus animaduertere, quod in ipſis qualitas iſtiuſmodi hæreditataria ita excluditur ut res omni prorſus dubitatione careat; quoniam ipſi deſcendunt ad Octauia renunciante per medium Fuluiæ eius filiæ fęminæ, quę decenter à fratre dotata nupta fuit bon. mem. Iulio Cæſari eorumdem DD. de Righis patri; proindeque cum deinde Octauia ab inteſtato obiierit relicto poſt ſe ſuperſtite Petro Iacobo unico filio maſculo patre D. Iulij Cęſaris de Marzolis alterius actoris, & fratris germani reſpectiuè prędicte Fuluiæ, dubium ſuper qualitate hæreditaria D. Octauiæ renunciantis oriri quidem poſſet in præſenti quoad ipſum D. Iulium Cæſarem, & quoad portionem bonorum fideicommiſſariorum de quibus agitur obtingen eidem vti nepoti ex D. Petro Iacobo vnico filio maſculo D. Octauiæ ſuperſtiti deſcendenti, minimè verò quoad DD. de Righis deſcendentes ex Octauia per medium antedictæ Fuluiæ filiæ fęminæ, cum in ipſa vtporè fęmina congruentèr dotata non ſit excogitabilis qualitas hæreditaria Octauiæ Matris, cuius nec extitit nec eſſe potuit hęres, ita ſanciente patrio ſtatuto Ciuitatis Cæſenæ excludente filias fęminas propter maſculos ſub rubr. 91. ſtântibus maſculis de qua *Eminentiſs. Card. de Luc. in practic. diuerſ. ſtatut. partic. 53. ad fin.* & de qua meminit *Rot. in Cæſenaten. Immiſſionis 25. Februarij 1695. §. Fundamentum & 27. Iunij eiuſdem anni §. 1. & 9. Aprilis 1696. §. Et hinc cor. bo. me. Muto.*

Quin & imo dato etiam, non tamèn conceſſo, quod renunciatio iſtiuſmodi Auiæ paternæ aliquo modo obſtaret dicto D. Iulio Cæſari vti Octauiæ Renunciantis hæredi hæc officere quidē poſſet ipſi eiuſq; filiis & deſcendentibus quatenus haberet, ſed poſt obitum illius (quē Deus diù incolumen ſeruet) ſine filijs portio bonorum fideicommiſſariorum Paſolinæ eidem debita reſtituenda foret DD. de Righis eorumque filijs ſuperſtitibus vigore litteralis reciprocæ ad eorum fauorem ordinatæ à Teſtatrice juxta conſtabilita in deciſione huius Cauſæ edita coram R. P. D. noſtro Ponente ſub die 9. Decembris proximi prçteriti §. Cęterum cum ſeqq.

Cęterum eoq; minus eadem renunciatio obſtat d. D. Iulio Cęſari, etſi deſcendenti ab Octauia per medium antedicti Petri Iacobi; quia quamquam abſoluta ſit in iure propoſitio illa, eſt filius ergo eſt hęres, id nihilominus procedit in fauorabilibus, minimè verò in prçiudicialibus in quibus prout in caſu qualitas hęreditaria ſatis non eſt, quod allegetur, ſed per allegantem probari debet plenè, & concludenter juxta monitum *Imperatoris in l. Non hoc Cod. Vnde legimi Cranet conſ. 33. num. 2. Maſcard. de probat concluſ. 78. num. 30. Conciol. de Hæred. art. 1. num. 14. Ciriac. contr. 181. num. 12. Manſ. conſult. 51. num. 3. tom. 1. Calderon. reſol. 49. num. 15.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

R. P. D.

ANSALDO

Cæſenaten. Immiſſionis.

P R O

Illmis DD. Iulio Cæſare Marzolio, ac Chriſtopharo, & alijs Fratribus de Righis.

C O N T R A

Illmas DD. Comitiſſas Mariam Franciſcam Martinelliam. & Iuliam de Albicijs in Cimis, ac alios *litis* conſortes.

G.

Iuris D. Aduoc. Petri Andreæ de Vecchis.

Typis De Comitibus 1716.

Digitized by Google

R. P. D.

ANSALDO

Cæſenaten, Immiſſionis.

P R O

Illmis DD. Iulio Cęſare Marzolio, ac Chriſtopharo, & alijs Fratribus de Righis.

C O N T R A

Illmas DD. Comitiſſas Mariam Franciſcam Martinelliam. & Iuliam de Albicijs in Cimis, ac alios litis conſortes.

G.

Iuris D. Aduoc. Petri Andreæ de Vecchis,

Typis De Comitibus 1716.

Digitized by Google

R. P. D.

ANSALDO

Cæſenaten. Immiſſionis.

P R O

Illmis DD. Iulio Cęſare Marzolio, ac Chriſtopharo, & alijs Fratribus de Righis,

C O N T R A

Illmas DD. Comitiſſas Mariam Franciſcam Martinelliam. & Iuliam de Albicijs in Cimis, ac alios *litis* conſortes.

G.

Iuris D. Aduoc. Petri Andreæ de Vecchis,

Typis De Comitibus 1716.

Digitized by Google